Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

nunc id agendum: cum stranda nobis cuncta procedant. Sed de his satis. Nunc de occasione interrogandi dicendum videtur.

Primum igitur tunc maxime interrogandum cum ex duobus alterum iam ipse aduersarius protulit: ut altero per interrogationem adducto absurdum quid consequatur. Vt aperide de salutis sacrificiis interrogatus lampone ferunt respondisse nefas esse non initiatum audire. Periclem quoque percontatus si ipse staret cumque annueret, et quomodo dixisse cum initiatus non sit? Deinde cum propositionum alia manifesta sit, alia daturos aduersarios non ambiguis cui etiam necesse non est eam propositionem quae manifesta est interrogando proponere sed conclusionem inferre. Veluti socrates cum diceret melius diceret non arbitrari ipsum deos esse. Atqui inquit demonia esse quedam fateor. quod ille cum affirmasset interrogauit: an demones deorum filii essent: uel saltem diuinum quiddam: quo dato. Est igitur inquit qui deorum quidem filios esse, deos uero non esse arbitretur. Preterea cum uel contraria uel preter opinionem dicere aduersarium demonstrare uiuis. Quarto cum non possit soluere: nisi cauillatorio modo respondeat. Nam si sic respondebit: esse quodam modo: et quodam modo no esse. aut hec quidem sic. illa uero non. aut alicui sic. alicui non. turbantur dubitantes. Aliter igitur nec conandum quidem est. Nam si mistabit uictus iam uidebitur. non enim poterit propter auditorum in debilitatem de multis simul interrogare. Quia propter enthymemata quoque ipsa quae maxime conuoluenda sunt, non statim soluere sed prius ratione distinguere oportet. Sinuoro contraria uidentur: statim pro responsione inferenda solutio: cuncta quae consequenter aliud interroget aut ratiocinetur. nec enim difficile est in quo ratio sit prospicere. Ceterum ex topicis tam hoc quam solutiones nobis patebunt. Preterea si conducendo conclusionem interrogatio fiat